

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio XXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

Secundum hac dictavimus penam gladii Reo cuiusdam, qui unâ cum aliis, vi armata atque hostili carcerem effringendo, duos precedones liberaverat, in hunc modum: Hat D. B. beydes in guten/so wohl in scharffer Frage belandt und gestanden / das er die hievor zu Eckartsberge im Schloß daselbsten gefangene zwo Strassenräuber mit seinen andern Gefellen los machen helffen / in dem er vff vorgehende Unterredung und vertröstete Vorehrung nach Eckartsberge vor das Schloß mit gewandert / und als dasselbe erstiegen und eröffnet worden / Er nebenst den andern mit hinein gangen / vor die Wächter mit Wehren und Waffen getreten / sie zu rücke halten und wehren helffen / damit dieselbe ihre Anwesenheit und Losmachung der Gefangenen mit geschrey oder andern nicht kundbar

machen köndten / inmittelst hette der eine die beyde Gefangene mit Losbrechung der Vorlege Schloßer vor den Gefängniß Thüren / auch mit Abschlagung der Ketten und Fessel daran sie geschlossen gewesen / los gewircket &c. Do nun der Gefangene D. B. vff solchem seinem gethanen Belantniß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halsgericht freywillig verharren / oder des sonst wie recht überwiesen würde / so möchte er von wegen solcher seiner begangenen und beandten Mißhandlung mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet und gestraffet werden B. X. B. Adrequisitionem G. à N. & Quæstoris in Eckartsberga, Mens. Decembr. Anno 1623.

Et in casu simili, Ad eosdem, Mens. April. Anno 1624.

QUÆSTIO XXXVI.

An præter Imperatorem & Cameram Cæsaream, Status quoque Imperii turbatores pacis publicæ in Bannum declarare possint?

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. Violatores pacis publicæ variis subjiciuntur pœnis. | 14. Concesso consequenti, antecedens quoque intelligitur concessum. |
| 2. Inter quas pœnas præcipua est Bannum Imperij. | 17. Sententiam latam ab uno iudice alter iudex requisitus exequi tenetur. |
| 3. An solus Imperator & Camera Cæsar. vel etiam Status Imper. violatores pacis publicæ in Bannum declarare queant. | 18. Responsiones ad argumenta contraria, num. 19. 20. 21. |
| 4. Civitates Imperiales sunt etiam Status Imperij, & sessuram ac jus votandi in Comitibus habent. | 22. Explicatio art. 24. lib. 3. Landrecht. & Gloss. artic. 71. lib. 1. Landrecht. |
| 5. Opinio negativa, pro solo Imperatore & Camera Imperiali. | 23. Intellectus l. fin. ff. de iurisdic. |
| 6. Referuntur argumenta huius opinionis, num. 7. 8. 9. 10. | 25. Sententia Scabinorum Lipsensium. |
| 11. Verior est sententia affirmativa, n. 12. 24. | 26. Num violatoribus pacis publicæ salvis conductus debeat concedi, n. 27. 28. 30. 31. |
| 13. Referuntur fundamenta huius sententia, num. 15. 16. | 29. Nemo Reus existimatur priusquam per sententiam declaratur. |
| | 32. Restringitur decisio ad saluum conductum communem sive generalem. |
| | 33. Sententia Scabinorum Lipsensium. |

1. Violatores pacis publicæ variis subijci pœnis, dictum quæstione præcedenti, & probatur hoc ex Ordin. Crim. part. 2. tit. 9. vers. So jehmands / in verb. Unser und des Reichs Achts sambt andern Poenen gefallen seyn &c. Et vers. Wir wollen / in verb. den Thäter und Landfriedbrecher vff die Poen der Rechten / und des Käyserlichen Landfriedens sambtlich oder derer eine insonderheit zu lagern &c. Mynsing. cent. 5. observat. 78. n. 4.

2. Inter hæc pœnas præcipua est Bannum Imperij, in quod violatores aut turbatores pacis publicæ ipso facto incidunt, & proinde unâ cum vitâ omnia quoque bona amittunt, ut ex Recessibus Conventuum Imperij, primum Wormatiæ, Anno 1521. deinde Augustæ, Anno 1548. & 1555. habitorum, & subsequentibus aliquot, ut & ex Ordin. Judiciæ Cameræ Imperialis part. 2. cap. 9. constat, ad quod tamen sententia declaratoria requiritur, quæ præcedat, necesse est, Andr. Gail. lib. 2. de pace publ. cap. 5. Modest. Pistor. cons. 34. n. 35. & consil. 39. n. 4. lib. 1.

Sed, an solus Imperator Romanus & Camera Imperialis in pœnam istam Banni Imperialis quem incidisse, per sententiam declarare possit, an verò Statibus Imperij, utputa Electoribus, Principibus, Comitibus ac Baronibus, vel etiam Civitatibus Imperij Libere, (Has enim æquæ Status Imperij, & Imperio non minus ac Principes, Prælatos & Comites incorporatas esse, sessuram atque jus votandi in Comitibus habere, ex Recessibus Imperij notissimum est, Rutger. Ruland. de commission. lib. 5. cap. 4. n. 41. Andr. Gail. lib. 2. observat. 57. n. 9. Doms. Arum. ad Aur. Bull. pref. pag. 18. Joach. Cluten. in syllog. rer. quotidian. concl. 27. Ant. Des ausführlichen Berichts / wie es vff Reichstagen pfleget gehalten zu werden. fol. 18. Waremund. ab Erenberg. de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 35. & seqq. Ant. Anon. de Stat. Polit. seu Civil. lib. 4. cap. 42. Anon. Ictus Westphal. de Iur. Princip. concl. 87. Henr. Bruning. de var. univ. specieb. concl. 18.) hæc quoque facultas & licentia competat? dubitari potest.

Solum etenim Imperatorem, aut ejus loco Cameram Imperij in causâ fractæ pacis publicæ Negativa.

blicæ cognoscere, & pœnam Banni Imperialis, quæ in turbatores publicæ pacis statuta est, infligere posse, adeoque accusationem ex constitutione fractæ pacis tantummodò apud Imperatorem Romanum, aut Cameram Imperialem instituendam esse, tenet ac defendit *Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 6. num. 8. & seqq. & cap. 11. n. 3. & seq. & lib. 2. cap. 1. numer. 27.* Cui assentitur *Matth. Coler. part. 1. decis. 108. num. 55. Tob. Panti- moist de jurisd. Imper. Rom. lib. 2. cap. 6. n. 228. Mo- dest. Pistor. part. 1. quæst. 26.* ubi refert, Marchio- nem Iohannem Brandeburgicum, Duci Pome- raniæ agenti contra aliquem in provincia Mar- chionis ob fractam pacem publicam, & petenti, ut Reus Banno Imperiali subiceretur, respon- disse, hoc sibi non convenire, sed petendum esse ab Imperatore vel Iudicio Cameræ. Quæ sen- tentia certè non irrationabilis est, nec funda- mentis destituitur.

6 *Primo enim, quotiescunque ferè agitur in* **Argum. 1.**
Recessibus Imperii de pœnâ Bannitorum, men- Negat.
tio fit sententiæ declaratoriæ ab ipsâ Cæsareâ spin.
Majestate vel Camerâ Imperiali lata. Ut appa- Argum. 1.
ret ex Recess. Imper. VVormat. de Anno 1521. sub tit. Die Pœn aller Friedbrecher. in verb. die sollen mit der Thar vor Recht zusambt an- dern Pœnen in vnsern vnd des Heiligen Reichs Achte gefallen seyn / auch aller mæniglichchen vnnnd einem jeden / gegen denselben Thatern / vnnnd Friedbrechern / so bald die an vnserm Kaysertli- chen Cammergerichte / oder durch vnsern Staat- halter vnnnd Regiment mit sùrgehender citation oder Vorheischung / also in die gemeldte Achte ge- fallen zu seyn / declariret vnd erklæret werden &c.
Recess. August. de Anno 1548. tit. Die Pœn der Friedbrecher. In verb. Auch aller mæniglichchen vnnnd einem jeden gegen denselben Thatern vnnnd Friedbrechern / so bald die durch vns / oder in vnserm Abwesen auß dem Heiligen Reich / durch vnsern freundlichen lieben Bruder den Römischen König / oder an vnserm Kaysertlichen Cam- mergerichte mit vorgehender citation vnnnd Vor- heischung / also in die gemeldte Achte gefallen zu seyn / declariret vnd erklæret werden / &c. Et tit.
Von Pœn der Vberführer dieser Ordnung.
In verb. vnnnd alsdann gegen solche mit denun- ciation. Erklärung / execution, vnnnd Einbringung solcher Pœn vnd anderer Straff / durch vns vnd vnser Abwesens auß dem Heiligen Reich / vn- sern freundlichen lieben Bruder den Römischen König / oder vnser Kaysertlich Cammergerichte strenglich vnnnd vnablâßlich procediret, &c. Et tit.
Von Gewalt des Cammergerichtes die Achte vnnnd Pœn derselben betreffend. In verb. Sowollen wir vns / oder in vnsern Abwesen auß dem Heili- gen Reich / vnsern freundlichen lieben Bruder dem Römischen König vorbehalten / auch vnserm Cammergerichte heimgestellet / vnnnd Gewalt gege- ben haben / ex officio oder auff begehren der Par- thenen die bestimbre Pœn des Landfriedens in eine Belt. Pœn zu verandern / &c. Recess. August. Anno 1555. Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. §. So je- mand's. In verb. Vnd das aegen dem / oder den- selben mit denunciation, Erklärung solcher exe- cution, vnnnd Einbringung solcher Pœn vnnnd an- derer Straff / durch die Kaysertliche Mayestät /

Vns / als Römischen König / oder das Kaysertli- che Cammergerichte / auff er suchen der beschädig- ten Parthenen / des Kaysertlichen Fiscals / oder für sich selbst von Amteswegen stränglich vnnnd vnab- läßlich procediret &c. Ex quibus, aliisque Recci- sibus Imperii, ubi eadem ferè verba reperiun- tur, probari potest, declarationem Banni Impe- rialis Cæsaream Majestatem sibi, Regi Roma- norum, ac Iudicio Cameræ reservasse.

7 *Secundo: Inter causas & personas, quæ in pri- ma instantiâ ad Cameram pertinent, siue media- te siue immediatè Imperio sint subjectæ, primo loco ponitur causa fractæ pacis publicæ, in Or- din. Camer. part. 2. tit. 9. in rubr. Von Personen vnnnd Sachen die von ihrer Art vnnnd Engenschafft wegen / vngeachtet / ob sie mit oder ohne Mittel dem Reich vnnterworffen / in erster instantz an das Kaysertliche Cammergerichte gehörig / vnnnd erst- lich: daß von wegen Vberführung des Kaysertli- chen Landfriedens am Cammergerichte gelaget möge werden. Similiter in tit. 20. d. art. 2. omnes ac singulas causas fiscales ad decisionem Ca- meræ Imperialis pertinere dicitur, inter quas primo loco ponitur causa fractæ pacis. Rubrica ita habet: Daß alle vnnnd jede Fiscalische Sachen vnnnd Fälle an dem Kaysertlichen Cammergerichte gerechtfertiget werden sollen / vnnnd welches solche Fälle vnnnd Sachen seyn / junct. nigro in pi. verf. Als nemlich. In verb. So jemand wider die Gül- dene Bull / oder den Kaysertlichen Landfrideu han- deln würde &c. Hinc *Andr. Gail. lib. 1. observat. 1. à regulâ illâ, quæ vult, omnes causas ad Cameram per viam appellationis devolvi, primo omnium excipit actionem super Constitutionem pacis publicæ, utpote quæ immediatè ad Cameram cognitionem pertinet.**

8 *Tertiò: Negari non potest, abolutionem à Banno Imperiali ab Imperatore vel Camerâ fi- eri debere; Vti expresse dispositum est in Ordin. Camer. part. 2. tit. 18. in pr. Welcher also durch Ver- würckung des Landfriedens wie obsteht / in die Achte kommen würde / der soll von dem Kaysertli- chen Cammergerichte / oder auch die Kaysertliche Mayest. oder Vns / als Römischen König nach empfangenen Bericht / von dem Cammergerichte / vnnnd anders nicht absolviret werden / &c. Absolutio ergò à solo Imperatore vel Camerâ Imperiali fieri potest; Adeoque & condemnatio, cum ne- mo qui condemnare non potest, absolvere que- at, & contra. l. nemo qui condemnare. 37. ubi Dd. ff. de reg. jur. l. qui damnare. 3. ff. de re judic.*

9 *Quartò: Hisce suffragatur Ius Saxon. in artic. 24. Landrecht / lib. 3. ibi: Man mag nie- mand mit einer Achte überwinden in einem an- dern Gerichte / welcher aber in den obersten Ge- richten geachtet ist / der ist in allen Gerichten ge- achtet / die in dasselbe gehören / welcher aber in dem Vnnter. Gerichte geachtet / der ist in dem höchsten nicht geachtet / Er were dann mit Recht daretz gebracht. Idemque vult gloss. in artic. 71. in verf. Zeuget er seine Achte / lib. 1. Landrecht / num. 4. ibi: So einer in der Mark verfestet ist / der ist dar- umb bey der Elbe oder anderswo nicht verfestet / Nam & juris communis regula est, extra terri- torium jus dicenti impunè non pareri, l. fin. ff. de jurid.*

10 Quibus sic stantibus, nil certè verius esse videtur, quàm accusationem ex Constitutione fractæ pacis publicæ non apud iudicem ordinarij, & Senatus Imperii, sed potius Imperatorem aut Cameram institui oportere, quia solus Imperator universale habet jurisdictione in toto territorio Imperii, ut & causis ac personis universis. *Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 4. n. 14. & seq. Ruin. cons. 22. n. 7. vol. 1. Choppin de doman. Franc. lib. 1. tit. 4. in fin. Tob. Paurm. de jurisdictione lib. 1. cap. 4. n. 20 & seqq. Carol. T. p. in rubr. de Const. Princ. cap. 4. n. 11.*

11 Verum enim verò, non solum in ditionibus Electorum & Ducum Saxonie, sed in multis etiam aliis locis Romani Imperii contrarium observari, consuetudo Saxonica docet, quæ receptum est, & jam olim constitutum, ut etiam ab inferioribus iudicibus in Bannum declarari possint, qui contra publicam pacem, sive quid aliud delinquant, ita tamen; ut si in eo contumaciter perseverent, neque intra præfinitum tempus, quod est anni & diei, ab eo se expediant, in Bannum demum Imperiale incidentes, & vitæ & honoris seu facultatum omnium periculo subjaceant, non minus, ac si ab imperatore ipsomet condemnati fuissent, *artic. 71. & artic. 38. Landrecht. lib. 1. art. 24. & 82. ubi g. ff. Landrecht. lib. 3. art. 12. ubi gloss. Lehenrecht. & artic. 5 & 36. Wettsbild. Chil. Regul. Von der Acht oder Verfestung.*

12 Hocque jus ante multa secula genti Saxonice ab Imperatoribus confirmatum, per ordinationem Imperii sublatum & abrogatum esse, tantum abest, ut potius ab Imperatore & Statibus in Recessibus Imperii istud approbati, & vigore Constitutionis pacis publicæ, coram Statibus Imperii & ordinario suo iudice Reum criminis fractæ pacis publicæ conveniri, & in pœnam Banni Imperialis condemnari, existiment *Dan. Moller. ad Const. Elect. 13. n. 14. part. 4. Nicol. Reusn. lib. 4. decif. 18. n. 6. Bernh. Grav. lib. 1. pract. concl. 3. confid. 1. Quorum rationes brevissimis subjiciam.*

13 *Primò:* In Constitutione Pacis Publicæ tam Imperator Ordinibus, quàm Ordines Imperatori, datâ invicem fide, sanctè promiserunt, se omnes & singulos operam duros suo loco diligenter, ut prædictæ Constitutioni de pace publica ab omnibus & quibuscunque Imperio subjectis sine controversia pareatur, & contra facientes pœnis in Ordinatione comprehensis afficiantur. ita quidem, ut si quem ex Ordinibus hic cessare, & officio suo non satisfacere apparuerit, is eo ipso in pœnam Ordinationis incidisse declaratur, non secus ac si pacem publicam ipsemet violasset. *Recess. Imper. VVormat. de Anno 1521. August. de Anno 1548. & de Anno 1555.* Si ergò Ordinibus Imperii executio ordinationis contra elus violatores mandata est, utique de crimine fractæ pacis publicæ in ditionibus Ordinum commisso cognoscere, & Reis pœnam in ordinatione comprehensam per sententiam infligere, & sic Banno Imperii eos subicere poterunt, cum absque eo pacem publicam tueri nequeant; Concesso enim consequenti, antecedens etiam, si quo illud expediri

14

nequit, necessariò concessum intelligitur. *Everhard. in loco à concess. conseq. ad con. eff. anteced. n. 1. Bartol. in l. à Divo Pio. 5. in pr. n. 3. & seqq. ff. de re judic. Jacob. Menoch. lib. 1. de arbitr. jud. g. 38.*

Secundò: Permissum est à Cæsaræ Majestate Magistratibus & Ordinibus inferioribus quibuscunque, ut pro jure & more cujusq; Regionis in violatores pacis publicæ animadvertant. *Recess. Imper. VVormat. de Anno 1521. §. Wir wollen aber. ibi: Wir wollen aber hiermit aller Obrigkeit vnenzogen/ so das Nachhaben/ wider die/so in Malefiz, Händeln verdacht seyn / das dieselbe Obrigkeit möge handeln / wie an jedem Ort herkommen vnd recht ist. Et in Ordin. judic. Camer. part. 2. tit. 10. §. Vnd soll auch ibi: Vnd soll auch einem jeden / der den andern nicht allein / das er der That oder Vorschub verdächtig / sondern auch / das er derselben schuldig were / bestragen / vnd ihm das erweisen wolte / vorbehalten seyn / solches vor dem Kayserlichen Cammergerichte / oder andern ordentlichen Gerichten / dahin solche Sachen gehörig / zu thun / vnd fürzunehmen / das selbst ihme auch förderlich beholffen werden soll. Idemque disponitur in Visitatione Camera Imperialis Anno 1577. hisce verbis Das den Ständen vnd Obrigkeiten frey vnd vnverhindert zu gehen / alle vnd jede begangene Uebelthaten vermöge Kayserlichen Rechten / vnnnd des Heiligen Reichs Abschieden / Landfrieden / vnnnd andern Reichs Constitutionen zu straffen &c. Unde manifestissimè apparet, Statibus Imperii & quibuscunque Magistratibus liberum relinqui, juxta Constitutionem pacis publicæ in ejusdem violatores & delinquentes animadvertere, & quidem pro cujusque loci more ac consuetudine; De jure autem Saxonico in multis locis Imperii & præsertim in ditionibus Electorum & Ducum Saxonie receptum esse, ut violatores pacis publicæ certo modo Banno subjiciantur, antea dictum & probatum fuit *artic. 71. & 38. Landrecht. lib. 1. art. 24. & 82. Landrecht. lib. 3. Chil. an. Konig. Von der Acht oder Verfestung / in fin. suis processu.**

Tertiò: Communiter traditur ab Interpretibus, quòd bannitus ab unâ civitate, censetur quoq; bannitus ab aliis civitatibus confederatis, & bannitus ab uno loco Regni, Ducatus, seu Comitatus, censetur bannitus à toto Regno, Ducatu, seu Comitatu si is qui sententiam Banni tulit, habeat merum Imperium à superiore. *Nellus à S. Gemin. in tract. de bannit. 1. part. 2. g. 57. Matth. de Afflic. in Const. Regni. lib. 1. rubr. 2. num. 6.* Et quod sententiam latam ab uno iudice competente, alter quamvis superior, ab illo requisitus exequi teneatur, utpote, qui tùm personam illius iudicis, qui sententiam tulit, representet. *Bald. in l. fin. C. de Edict. Div. Hadr. tollend. Bart. in l. à Divo Pio §. sententiam Romæ. ubi Dd. ff. de re jud. cap. 1. extr. de Offic. jud. ordin. l. properandum. 13. §. fin. autem Rom. 3. ubi Iason. C. de iudic. l. cum quadam 19. ubi Dec. ff. de iur. iudic. Matth. Coler de proces. execut. part. 2. cap. 3. n. 18. & seq. Bernh. Grav. lib. 1. pract. conclus. 115.*

Huic *Molleri & Reusneri* sententiæ non obstant rationes & fundamenta ea, quæ supra pro stabilienda opinione contraria *Gailis* allata fuerunt.

Argum. 1.

Argum. 2.

Resolutio Contrarium Argumentum.

Respon. 1. Argum.

fuere. Ad primum enim responderi potest, distinguendo inter declarationem seu condemnationem in Bannum Imperiale, & declarationis executionem, quæ dicitur declaratio cum effectu per totum Imperium. Status enim Imperii, siue Judices ordinarii, etiam inferiores, Reum criminis fractæ pacis publicæ in pœnam Banni condemnant; Attamen extra fines ditionum suarum in locis Imperio subiectis, si Reus ibi deprehendatur, sententiam latam executioni mādare non possunt, sed id Imperatori aut Camera incumbit, quæ ab inferiori Magistratu aut Judice requisita, justè Reum si condemnatum intelligat, id quod sui est officii, facit, & per totum Imperium sententiam executioni mandari jubet. Quando ergò in *Recess. V. format. de Anno 1521. sub tit. Die Poen aller Friedbrecher. Recess. August. de Anno 1548. tit. Die Poen der Friedbrecher Et tit. Von Poen der Ubersührer.* Et *Ordin. judic. Cam. part. tit. 9.* dicitur: Imperatorem aut Camera Imperialem, aliquem in pœnam Banni incidisse, declarare; id accipiendum est de declaratione cum effectu id est, de executione, ita ut solus Imperator aut Camera Imperialis per totum Imperium sententiam ab inferiore Judice latam, in qua declaratio jam facta est, executioni mandari possit. Et hoc est, quod dicit *Math. Coler part. 1. decis. 108. num. 58.* cautos judices inferiores Bannimentum ex capitulo fractæ pacis à se declaratum, remittere solet suis immediatis Superioribus, & hoc suis, donec deveniatur ad summum Imperium. Hocque respectu vera esse potest doctrina *Gailij*, quòd solus Imperator, aut eius loco Camera, Banno Imperiali quem subicere queat.

19 *Resp. ad 2. Argum.* Quod secundo causa fractæ pacis publicæ in ter causis, quæ in prima instantia ad Camera pertinent, ponitur in *Ordin. jud. Cam. part. 2. tit. 9. & tit. 20.* ex eo nullo modo evincitur, coram Statibus Imperii seu Iudicibus inferioribus causam pacis violatæ agitari non posse. cum utrumque benè subsistere queat. Quod enim causa fractæ pacis publicæ in primâ instantiâ ad Camera pertinet, id non privativè, sed cumulativè intelligi debet, ita ut liberum sit actori, an coram iudice ordinario; an verò coram Camera Reum criminis fractæ pacis publicæ convenire velit. Quo certè casu licet immediatè Reus Imperio subiectus non sit, declinatoriâ fori sese tueri nequit. *Nicol. Reusner. decis. 18. n. 11.*

20 *Resp. ad 3. Argum.* Quod tertio de violatoribus aut turbatoribus pacis publicæ ab Imperatore, aut eius loco Camera à Banno Imperii absolvendis, ex *Ordin. Cam. part. 2. tit. 18. in pr.* obicitur, unde videtur inferri, eos solos etiam condemnare posse in pœnam Banni, per regulam *l. nemo qui condemnare. ff. de reg. jur.* Ad hoc respondet *Dan. Moller. ad Constit. Elect. 13. num. 23. part. 4.* regulam illam tum demum locum habere, ubi ex defectu Iurisdictionis condemnare quis non potest, quo casu nec absolutio penes ipsum est, & econtra, allegans *Dec. & Cagnol. add. l. nemo.* Status verò Imperii & Iudices inferiores iurisdictionem habere, extra omne dubium est.

21 Quamvis & responderi queat, abolitionem Banni tunc demum soli Imperatori, aut eius loco

Camera, reservatam esse, quando violator pacis publicæ in Camera conventus, & in pœnam Banni Imperialis incidisse condemnatus, seu declaratus fuit, de quo casu absque dubio *dist. tit. 18. part. Ord. Cam.* accipi debet.

22 *Quarto:* Non obstat *artic. 24. lit. 3. Landrecht.* & *Glossa. in artic. 71. lib. 1. Landrecht.* ubi dicitur, *Resp. ad Argum.* relegatum in quodam loco, in aliis relegatum non videri. Etenim, hoc solummodò verum est in Relegatione simplicî & aliorum criminum pœnis, quæ certi alicuius loci sunt; Non etiam in publicis eiusmodi criminibus, ut violatione pacis publicæ, cuius criminis pœna est Bannum Imperiale, in quam quis incidit ipso facto in toto Imperio, ita ut ubivis locorum à quolibet magistratu quæri, & quocunque in loco deprehensus, etiam à nemine accusatur, ad mortem condemnari queat. *Nell. in tract. de bannis. part. 1. 2. temp. quest. 57.* Eò quoque inclinât *Gloss. Germ. in artic. 24. lib. 3. Landrecht.* quando ait: *Wer an einem Ort Rechtlos oder Friedlos ist (ut violator pacis publicæ) der ist an allen Enden Recht und Friedlos/ und sol ihn ein jeglicher Richter suchen/ auch vnbefragt zum Tode verurtheilen; Mag sie dann ein jeder Richter selbst suchen / so kan sie auch der Richter/ welcher sie geachtet/ et nem andern in seinem Berichre / mit seiner Ache auch wol binden.*

23 Nec quicquam obest regula *h. fin. ff. de iurisdic.* extra territorium nimirum jus dicenti impunè non pareri. Quia Magistratus inferior, qui violatorem pacis publicæ in pœnam Constitutionis condemnat, nequaquam extra territorium ius dicit, sed id potius, quod ab Imperatore, & Statibus Imperii constitutum est, exequitur, quamvis extra fines ditionis suæ in locis Imperio subiectis, si fortè in his Reus deprehendatur, sententiam executioni mandari nequeat, ob deficientem iurisdictionem sed in eo opus est imprimis autoritate Imperatoris aut Camera Imperialis. *Reusner. decis. 18. n. 18.*

24 Vera itaque manet *Molleri ac Reusneri* sententia, quòd scilicet Status Imperii seu Iudices inferiores violatorem Pacis publicæ in pœnam Banni Imperialis condemnare ac declarare possint, licet sententia lata, solius Imperatoris vel Camera Imperialis autoritate, executioni debeat mandari: Cui etiam *Modest. Pistor.* sepositâ opinione, quam tenet *part. 1. quest. 26. calculum suum addit lib. 1. consil. 34. num. 10.* quando inquit: *Item weil man dann gewis / daß Churfürstliche Cammer. Berichre des Beklagten ordentlich Berichre ist / vnd man in diesem Berichre nach Kayser Rechten vnd des Heiligen Reichs Constitutionibus pfeget zu vrtheilen / so folget auch / daß dem Kayserlichen Landfrieden in dieser Sachen billich wird nachgegangen / vnd daß die klagende Anwâlde/ vngachtet/ ob ihr Herr vnd Principal dem Römischen Reich vnterworfen / oder nicht / auff solchem Kayserlichen Landfrieden / der in dem Berichte / darunter die Beklagten gefessen / gehalten vnd gebrauchet wird / Klage wieder die Beklagten anzustellen wohl fug haben / &c. Et in fine ejusdem consilii, numer. 55. Da sich aber Beklagte des weigert würren / so kan nicht anders erfolgen / denn / daß sie in die*

Doen des Landfriedens vnd also in die Käyserliche Acht vortheilet worden.

25 *Eamque sententiam omni ex parte comprobasse Scabinos, apparet ex eorumdem responso in causa F. a K. contra H. à B. dato hisce formalibus: Ob gleich der Römischen Käyserlichen Mayest. vns fern allergnädigsten Herren/dem Römischen König/ vnd dem Käyserlichen Cammer:Gerichte/die Landfriedbrechere vnd deroeslben Helffere in die Reichs Acht zuerklären/ allein gebühret vnd zustehet: Dies weil aber dennoch in des heiligen Römischen Reichs vnd Cammer:Gerichts Ordnung / so wegen des Landfriedens anhängen/ klärllich zu befinden / das höchstgedachte Käyserl. Mayest. den Ständen/ vnd die Ständen hinwiederumb der Käyserl. Mayest. bey den Pflichten/ damit sie beyderseits dem Reiche vorwandt/ versprochen vnd zugesaget/ das sie sämplich ein jeder an seinem Orth / über der Ordnung des Landfriedens halten / vnd diejenigen/ so darwieder gehandelt/ vermöge derselben straffen wollen. So ist auch wieder den von B. desselben Dienere vnd Helffere/ vor/ hotherwehnten der Ehur Sachsen Administratoz vnsern gnädigen Herren/ oder seiner Fürstlichen Gnad. Gerichten/ wegen dieses gewaltsamen Beginmens vnd gebrochenen Landfriedens / auff die des heiligen Römischen Reichs Ordnung einverleibete Straff der Reichs Acht zu lagern vnd benommen/ vnd wann er darcin vortheilet / so geschicht die execution vnd wärlliche Erklärung in die Reichs Acht von höchstgedachter Käyserl. Mayest. vnsern Allergnädigsten Herren auff vorgehende allerunterthänigste imploration ohne fernern Proceß billig / B. R. W. Ad requisitionem F. à K. Mense Augusto, Anno 1595.*

26 *An violatoribus pacis publicæ saluum conductum concedi debeat? Dubitari potest ob verba elata Constitutionis pacis publicæ, sub tit. Friedbrecher vnd solche Thäter nicht zu hausen. Ibi: Darwieder sie nichts schugen / schirmen oder fürtragen soll/ einig Tröstung / Sicherheit / Freyheit/ oder Geleit/ denn sie das alles aussershalb vorwillt. in des Wiedertheils / vnempfindlich seyn / vnd nicht genießen in keinem weg: Dann wir in allen Tröstungen vnd Sicherheiten / fürwarten / vnd geleiten/ von wem die gegeben werden/ solchen Friedbruch wollen außgenommen / vnd nicht darin begriffen haben. Vnde constat, violatori pacis publicæ, ejusque lociis & consortibus saluum conductum nequaquam concedendum esse.*

27 *Nan & ipso facto in Bannum Imperiale incidit Reus ob violatam pacem publicam, ita ut non opus sit super eo sententiâ declaratoriâ, nedum longo aliquo litis sufflamine, aut tutela iudicaria, vel longis percussus ambagibus, c. fin. de præscript. lib. 6. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 3. num. 2.*

28 *Contrarium tamen defendit, Nicol. Reusner. lib. 4. decis. 19. Quod & complacuit Scabinis Elector. Ideoque in prædicta causa F. à K. ab una, H. à B. ab alterâ parte concernente, responderunt: Reo saluum conductum, si petat eum, haudquaquam denegandum esse. Quoniam enim violator pacis publicæ ipso facto aut opere, ac imò, ipso iure in pœnam Banni incidat; nihilominus tamen sententiâ declaratoriâ requiritur, ad quam sine citatione & processu iudiciali perveniri nequit, cum nemo statim Reus existimeretur, nisi per sententiâ prius declaratur L. fin. C. de accusat. l. 1. l. 14. C. ex quibus causis ir-*

29 *fam. irrogat. l. furti. 6. in pr. ff. de hi qui notant. infam. l. cum reis. 18. C. de pen. Nec qui accusatur Reus est, sed qui convincitur criminofus, c. fin. 15. q. fin. can. eorum. 11. quæst. 3. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. postquam. num. 38. & §. diligenter. n. 171. Andr. Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 19. num. 3. & lib. 2. cap. 3. num. 1. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 32. num. 2. Gramm. decis. Neapol. 15. num. 8. ubi ait, omnia iura mundi pro aliquo crimine disponentia, quòd ipso iure pœna imponatur, intelligenda esse, dummodò secuta fuerit sententiâ declaratoriâ, qua declaratur, crimen illud in iudicium deductum fuisse commissum, alias pœnam criminis non posse habere executionem seu effectum suum.*

Quod & expressè dispositum est in Ord. Ca. 30 mer. part. 2. tit. 9. §. So jemand. ibi: So bald auch der oder dieselbe Thäter vnd Friedbrecher/ also durch die Kayf. Maj. vns als Römischen König / oder das Käyserliche Cammer. Gerichte mit vorgehender citatione find / declariret vnd erklaret/ &c. Ex quibus verbis apparet, ut maximè Reus criminis fractæ pacis publicæ ipso facto in pœnam Banni incidat, sententiâ tamen declaratoriâ requiri, ad quam sine citatione & processu iudiciali perveniri nequit. Si ergò violator pacis publicæ citandus est ut compareat, quare non etiam ipsi salvus conductus erit concedendus; maximè, cum de iure Saxonico qualibet citatio, licet non habeat annexam clausulam publicæ fidei vel securitatis, eius naturæ sit, ut quasi in dolo secum afferat saluum conductum, das sie ein Geleit auffm Rücken mit sich trage / Dan. Moller. lib. 2. semest. cap. 1. Matth. Coler. part. 1. decis. 165. n. 7.

Neque hisce adverteatur Constitutio pacis publicæ sub tit. Friedbrecher vnd Thäter nicht zu hausen. Quæ violatoribus pacis publicæ saluum conductum denegare videtur. Loquitur enim ea de hisce solummodò Reis fractæ pacis, qui per sententiâ in pœnam Banni declarati sunt, non autem de iis, qui se excusant ob suspicionem, aut aliam causam legitimam, aut qui amicabilem transactionem querunt, & ad eam voluntate actoris citantur, quibus certè iuxta prædicta salvus conductus concedi debet.

Quod ipsum tamen Dn. Scabini solummodo de communi salvo conducto, qui ad terminos iudiciales promittitur, non den Gerichten sicher ab vnd zu zustehen / quique de iure Saxon. ipso iure citationi inest, intellexerunt; Non etiam de speciali salvo conducto, qui præstita cautione (auff Verstand) Reo dari solet, zu Rechte vnd vor unrechter Gewalt / bis so lange etwas peinliches wieder ihn erhandt / &c. de quo agunt Dan. Moller. lib. 2. semest. cap. 1. Matth. Coler. part. 1. decis. 165. num. 7. Petr. Heig. lib. 2. quæst. 22. num. 38. 29. Prout etiam sentit Nicol. Reusner. dict. lib. 4. decis. 19. n. 8.

Responsum Scabinor. hoc fuit: Das H. à B. sejnern Dienern vnd Helffern/ der außgebrachten Steckbriefe se vngerechert/ ein sicher Geleit/ jedoch weiter nicht/ dñ zu den Gerichten zu vnd abe/ bis in ihr gewaltsamb abo zu ziehen/ auß ihr ansuchen billig mitgetheilet wird/ B. R. W. Ad consultationem F. à K. den 1. Aug. 1595.

QVÆST.